

giosos absoluere, & q̄ Prælatis possēt dare licē-
tiā nō obstāribus quibuscūq; literis Apostol-
cis, vt extra Ordinē possint ab eisdē absolu-

¶ Sexto notandum est, q̄ Minister Pro-
uincialis huius Prouinciæ Sancti Euangelii
concedit omnimodam suam auctoritatē tam
actiue quam passiue omnibus Fratrum Con-
fessoribus huius Prouinciæ In festo Natiui-
tatis Domini, Resurrectionis, Corporis Chri-
sti, Assumptionis Beate Mariæ, & in festo Se-
raphici Patris nostri Francisci, & hoc semel
pro quolibet dictorum festorum, tam ad ab-
soluendum quam ad dispensandum.

¶ Pius Quintus die 21. Iulij, aņo Dñi. 1571
Pōtificatus sui aņo. 6. in quodā Breui, quod in-
cipit Romani Pontificis circumspecta benigni-
tas, prohibēs, ne Fratres Ordinis Prędica-
torum possint eligere Cōfessorem, & absolu-
re seruatis virtute Bulle Cruciate sine li-
centia suorum Prælatorum: & addit. Eis-
dem tamen Prælatis in vsu huiusmodi po-
testatis se cum subditis benignos & faciles
exhibeant pręcipiētes mandātes, & insuper,
quia Sacrum œcumenicum Concilium ge-
nerale Tridētinū cōcessit Episcopis, vt absol-
uere possint in foro animę seu cōscientie ab

om-